



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio LXVII. Num vtraque igitur, & Verbum & Sacramenta, eo spectant, vt fidem nostram ad sacrificium Christi in cruce peractum, tanquam ad vnicum nostræ salutis fundamentum, deducant?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

*c* Gen. 17. 71. Circumcidetis carnem preputij vestri, ut sit in signum fœderis inter me & vos. Rom. 4. 11. Et signum accepit circumcisionis signaculum iustitiæ fidei, quæ est in preputio. Exo. 13. v. 9. Erit quasi signum in manu tua. &c.

*b* *RESP.* In Vet. Test. erat id signaculum gratiæ promissionis: at in Nouo sunt instrumenta realis exhibitionis; ac signa gratiæ inuisibilis & præsentis, in vfu debito.

1. Cor. 11. Hoc est Corpus meum: Hoc facite in meam Commemorationem.

Si Hoc est, ut est ergo realiter præsens Est Ipsissimum; & non significatur absens. Hoc Facimus autem in Commemorationem Vnici Cruenti Sacrificij in Cruce oblatis. Nil igitur vel specietenus concludit Calvinismus.

### QVÆSTIO LXVII.

Num utraque igitur, & Verbum & Sacramenta, eo spectant, ut fidem nostram ad sacrificium Christi in cruce peractum, tanquam ad vnicum nostræ salutis fundamentum, deducant?

*RESP.* Ita est: sed non solum: Nam Spiritus Sanctus docet Euangelio, & confirmat Sacramentis *b*, & Res. Sacramenti sanat, roboratque animas, docetque omnem nostram salutem positam esse principaliter in vnico sacrificio Christi, pro nobis in cruce oblatis: unde ad incruenta Sacrificia & Sacramenta vis ex opere operato promanans; & per hæc ad nos.

*a* 1. Cor. 1. 23. 1. Cor. 3. 11. *b* Mat. 26. 28.

### QVÆSTIO LXVIII.

Quot Sacramenta instituit Christus: in nouo fœdere?

*RESP.* Non duo solum Baptismum *a*, & sacram Cœnam *b*: sed & alia quinque: Confirmationem, Pœnitentiam, Ord. Matrim. & Extremam Vnctionem.

*a* In quæst. 71. *b* In quæst. 77.

## DE BAPTISMO

### DOMINICA XXVI.

#### QVÆSTIO LXIX.

Quâ ratione in Baptismo sanaris, admeris & confirmaris, te vnici illius incruenti sacrificij Christi participem esse?

*RESP.* Quod Christus externum aquæ lauacrum mandauit *a*, addita hac promissione, me non minus certo ipsius sanguine & Spiritu, ut Sacramenti sic efficietis, à sordibus animæ, h. e. ab omnibus peccatis lauari: quam aqua extrinsecus ablutus sum, qua sordes corporis expurgari solent *b*.

*a* In quæst. 71. *b* Tit. 3. 5. Act. 22. 16.

#### QVÆSTIO LXX.

Quid est Sanguine & Spiritu Christi: ablu in Baptismo?

*RESP.* Est accipere per Sacramentum à Deo remissionem peccatorum gratis, propter Sanguinē Christi, quem is pro nobis in tuo Sacrificio